Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

erant. uenerunt et adorauerunt eum dicentes.
Vere filius dei es. kyriaam y so. ci. l. l. apoca.
In diebus illis. Respondit unus de seniorib dicens
mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt. Et unde
uenerunt. Et dixi illi. Domine mi tu scis. Et dixit
mihi. Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna.
et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas
in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei. et
seruiunt ei die ac nocte in templo eius. et qui sedet
in throno. habitat super illos. Non esurient
neque sitient ampli. neque cadet super illos sol neque
ullus estus. quia agnus qui in medio throni
erit reget illos. et deducet eos ad uiuentes fontes
aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam ab
oculis eorum. Sug. Alcuinus abbas. vii. feria.
Remomoramini. Ev. loquente ihu. Sue in festo. s. felici
tatis. an festum. s. Clementis. Benedicti abb. Sapie.
Sapientia attingit ubique propter munditiam
suam. Vapor enim est uirtutis dei y emana
tio quedam est claritatis omnipotentis dei sincera.
et ideo nichil inquinatum in illam incurrit.